



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

VII. Iacob. Sadolet. S.R.E. Card. Clavdio Rangono Comiti, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

mo sentari ita mea studia polliceor ac defero, vt quoad per me
recte fieri poterit, paucos mihi pares in amore & cupiditate ve-
firatum rerum secundarum sitis habituri. Vale. XV. Cal. Februa-
rii. M.D.XXXVII.

VII.

JACOB. SADOLET. S. R. E. CARD. CLAV-
dio Rangono Comiti, S. P. D.

QVAs ad me & ad Paulum meum missi literas, gratæ mi-
hi maiorem in modum fuerunt. Recognoui enim in illis
psumam illam tuam erga nos benevolentiam, quam ego ama-
re canopere sum solitus. Præsertim adiunctis maximis virtutibus
& animi & ingenii, quas ego in te ab ineunte tua adolescentia
prospexi, eademq; ad frugem bonam postea perductas cognoui.
Quod honore nostro lætatus sis, tam facile tibi credo, quam mi-
hi ipsi. Quod verò honos ipse magni æstimandus sit, disputas
tu quidem & ornate & subtiliter. Sed, crede mihi, alia erant po-
tiora, quæ quidem ego magno animo eram persecutus. Nunc ve-
ro me ipso factus inferior sum. Sed si erit locus Deo inferui-
endi, nauandaq; Reip. fortiter atque constanter, maximo me
honore affectum arbitror. Quod quidem aut hoc optimo pru-
dentissimoque Pontifice gubernacula tenente sperandum est
fore, aut nullo alio. Quotus enim quisq; in hunc altissimum ho-
noris & dignitatis gradum iam dudum sublatas est, cui Reip. fue-
rit cordi? Sed hæc Deus viderit, cuius potestate & arbitrio regun-
tur omnia. Te ego amo, vt debeo, meq; a te amari vehementer
opto. Imprimisque id cupio, vt de meo optimo animo & volun-
tate ergo te persuasissimum tibi habeas. Vale. Romæ. XIII. Idus
Iuniarum, M.D.XXXVII.

VIII.

JAC. SADOLET. S. R. E. CARD. FRANCISCO
Bellencino Mutinensi, S. P. D.

AVIDERAM sepe ex Paulo meo, qualis tu vir, & quam mirifi-
ce te dedisti liberalioribus studiis esses, ad quæ ab iure Civili,
in quo eras multis iam annis omni cum laude versatus, etiam cu-
ram omnem animumq; transfulisses. Quod quidem erat apud me
animi ingenii & præstantis indicium. Sed crede mihi, tuæ lire-
ræ non modò confirmarunt opinionem de te meam, verum et-
iam auxerunt. Ita enim perfectæ atq; elaboratæ in omnem par-
tem sunt, vt statueret satis non possum, vtrem elegantius scriptas
parè, an amantius: ita omnia in illis & ingenii luminibus & amo-
ris